

ב ש ה נ

SPICILEGIA MM

Ex

opimâ THEOLOGIÆ Messe,
Consilio venerandæ

FACULTATIS
THEOLOGICÆ,

In Regia ad Emmam
ACADEMIA

Gustaviano-Carolina,
Sub PRÆSIDIO

VIRI

Admodum Reverend: Excellentiss: & Ampliss:
DOMINI

M. OLAI MOBERGII,
S.S.Theol.Prof.publ.

Thib

examinanda proponit
JACOBUS CONCIUS

Regiom. Pruss:
AUCTOR.

In Auditor: Majori ad d. 21. Jan. A. C. 1693.

DORPATI,

Excudit JOHANNES BRENDEKEN, *franz Wetter*,
Acad. Typograph.



Viro Nobilissimo Præcellentissimo Doctissimo

DOMINO

M. MICHAELI HOYNOVIO

Scholæ Lœbnicensis quæ Regiomonti Prussorū est

Rectori meritissimo.

Fautor ac Præceptor honoratissimo.

S. & O.

sic est

Orta ē Mari flumina
ad Mare devolvuntur *occasū*
quasq; ē profundo sinu derivant guttas
Impetu in *altum* dimitunt Pelagus.

Tu Nobiliss. Domine RECTOR
abundantem eruditionis Tuæ *Lymphan*
duodecennali & longiori tractu
michi communicasti;
expeteret jam æquitas
Divitem gratitudinis copiam;
sed parca intra ripas *Unda*

Specimine hoc Theologico

officiosa magis quam copiosa accedit,
Illamq; quam de suo non afferre valet

aquam

ē *supra Lunaribus* compensandam exoptat
ab illo,

Qui Maria suis inclusit Litoribus!

Tua Nobiliss. Præcellentiae

Est. 14055

Cultor officiosus:

Jacobus Concius.

A 2

I.

UNicum Fidei Christianæ

principium est Sacra Scriptura. Credimus,
confitemur, & docemus unicam regulam, & nor-
mam, secundum quam omnia dogmata, omnesq;
doctores astimari & judicari oporteat, nullam
omnino aliam esse, quam Prophetica & Apostoli-
ca scripta, cum V. tum N. T. ita nos docet Fcrm:
Concordia ab init: Qui ergo Ecclesiæ testimoni-
um & Patrum Scripta pro principio secundario
Fidei assununt, non modo à pia Lutheranorum
sententia recedunt, sed simul errorem suum α-
πλογωδεις produnt. Adversantur quoq; illis Ortho-
doxi antiquæ Ecclesiæ Doctores, e multis B. Chry-
soft: in cap: XXIV. Math: sequentia scribit: sciens
Dominus magnam confusionem rerum futuram
in novissimis diebus, ideo mandat, ut Christiani
volentes firmitatem accipere vere fidei ad nullam
rem aliam fugiant, nisi ad scripturas. Alioquin
si ad alia respexerint, scandali & abuntur, & peri-
bunt, & incident in abominationem desolationis,
qua stat in locis Ecclesia Sanctæ. I. Attendenda
sunt hic verba Repet: Corporis Doctrina Prutenica
quæ fol. 4. f. a sequentibus exprimuntur. Omnes
patres sua scripta Scripture Canonicae subjiciunt,
nec aliquid ipsis autoritatis, ut à nobis recipientur,
tribui

A 2

tribui volunt, nisi cum Sacra Scriptura consen-tiant.

II.

Nihilominus Libri Symbolici Lutheranæ Ecclesiae, quoniam cum S. scriptura omnino conueniunt, controversias Fidei dijudicare possunt, propterea ne latum quidem unguem, vel à rebus ipsis vel à phrasibus, quæ in illa habentur discedendum, sed juvante Domini Spiritu summa Concordia constanter pio in illorum consensu perseverandum ut constanter asserunt Illustriſ: Confessores in Prefatione eorundem.

III.

Qui Catechesin B. Lutheri parva Biblia appellavit, nec sine sale, nec sine veritate locutus est. Errant tamen illi qui Catechesin tantum ad parvulos aut rudiores pertinere contendunt, cum Phrasis scripturæ aliud doceat. Apollo enim Act. XVIII. v. 25. Catechumenus appellatur, cum tamen jam Doctoris munia subiūset.

IV.

Decalogus à suo instanti fuit perfecta Regula moralis, nec datur præter illū major perfectio.

V.

Non tamen perfectâ obedientiâ Decalogo sa-tisfacere homines possunt.

VI.

Errant itaq; illi qui per opera humana justifi-ciam

tiam & salutem æternam acquirendam docent, cum ne quidem phrasis ista in Ecclesia toleranda: *Bona opera sunt ad Salutem necessaria.* Nam non modo justificatio, sed & omnis bonitatis opera-tio à fide (quæ non ex hominum voluntate, sed solius Dei benedictione dependet Rom: X. v. 17.) proficiscitur. Unde Nazianzenus in Orat: post Red: inquit. *Nullum opus sine fide est approba-tum & Augustinus Tom: VII. lib: III. contra duas Epist: Pelagianorum cap. 5. scribit: sine fide, quæ videntur bona opera esse in peccata vertuntur, omne enim quod non est ex Fide peccatum est.*

VII.

Rejiciendi quoq; sunt isti qui *Bona opera ad salutem pernitiosa esse* contendunt. Compendii loco assertionem utramq; confirmabunt verba Form: Concordie Art: IV. quæ haec sunt: *Rejici-mus ergo damnamus subsequentes Phrases, cum do-cetur Bona opera necessaria esse ad salutem, nemini-nem unquam sine operibus salvatum, impossibile esse sine bonis operibus salvari.* Repudiamus ergo damnamus nudam hanc, offendiculi plenam, ergo pernitiosam phrasim, *Bona opera noxia esse ad salu-tem etc:*

VIII.

Symbolum Apostolicum non ab ipsis Apostolis compositum est, multo minus omnes fidei do-trinæ articulos continet, sed propterea nomine isto gaudet, quia quicquid ad credendum pro-ponit, Apostolicis scriptis consentaneum est.

Myste-

IX.

Mysterium Trinitatis in V. T. Patriarchis Prophetis & Synedrio Hierosolymitano non tantum fuisse cognitum, sed publice etiam Plebi propositum, colligitur ex dictis Num: VI. v. 23. Psl: XXXIII. v. 6. Esaix. VI. v. 3. XLVIII. v. 16. LXIII. v. 7. 8. 9. reliqua ut nunc mittam.

X.

Sex diebus omnes creatureas Deus produxit, jamq; quiescit ab omni opere novo producendo. Quare non modo erronea sed & periculosa Doctrina eorum est, qui animas humanas non per traducem, sed per creationem corporibus destinari ac infundi affirmant.

XI.

Qui negant Filium Dei in V. T. Patriarchis aliisq; Sanctis viris in forma humana apparuisse, S. scripturæ parum venerantur autoritatem, quæ Genes: VIII. v. 17. XXXII. v. 24. 30. & alibi, illud dogma luculenter inculcat.

XII.

Status exinanitionis Christi cū sepultura desiit.

XIII.

Simpliciter credendum quod tota Persona Deus & homo post sepulturam ad inferos descendedit Satanam devicerit, potestatem inferorum everterit, & Diabolo omnem vim & potentiam eripuerit Quomodo vero Christus id effecerit non est ut argutis & sublimibus imagi-

nationibus scrutemur, prout docemur in declarat: Form: Concord: Art: IX.

XIV.

Secundum humanam naturam ascendit Christus in Cœlum & tamen pie ac recte docetur secundum eandem naturam illum esse omnipresentem. Quenadmodum script. S. manifeste nos instruunt Math. XVIII. v: 20 & cap. XXIX. v. 20.

XV.

Spiritus S. prout Credentibus N. T. non modo secundum dona sed & essentiam ineſt, ita etiā sanctis V. T. omni Tempore adfuit, evolvatur Ps: LI. v. 12. Michæ III. v. 8. etc.

XVI.

Ecclesia Catholica credenda potius est quā scrupulose definienda: Exemplar tamem illius verum exhibet Coetus ille Christianorum visibilis, in quo verbum Dei pure docetur, & Sacra menta legitime administrantur, sub quo coetu autem fideles infidelibus mixtos esse profitendum est.

Multi enim sunt in Domo qui non pertinent ad compagem Domus, nec ad societatem fructiferæ pacificæ & justitiae, sed sicut esse dicitur palea in frumentis, ut loquitur Augustinus. lib: VII. contra Donatistas.

XVII.

Jubileum Ecclesiæ N. T. non inepite dixerim Reformationem B. Lutheri. Prout enim Jubilæus V. T. reducebat pauperes, ad avitos fundos, Lexit: XXV. v. 8. ita B. Lutheri operâ Deus. O. M. redu-

reduxit Ecclesiam suam ad avitam & Apostoli
cam Doctrinam reduxit corda filiorum ad Patres
tertius Mundi Elias; ad Vaticinium Malachia
cap. IV. v. 6. pio itaq; Zelo hanc Dei omnipoten-
tis gratiam & his Livoniae Incolis manifestatam,
Jubilæo propediem celebrandam indixit Serenis-
simus CAROLUS XI. Svecorum Rex invictissim⁹.

XVII. de Misericordia

Non licet Ecclesiæ aliquid contra scripturam
conscientiis faciendum aut erendum impone-
re; unde Pontificiorum assertiones , de Primatu
Papæ, Sacrificio Missæ, communione sub una, Pur-
gatorio, et junio quadragesimali, ac delectu ciborum
nec non similes hæreticæ, à piis credentibus jure
damnandæ.

XVIII. de Misericordia

Pro omnibus hominibus orandum esse do-
cuit Paulus I. Timot: cap. II. v. 1. Non tamen
ad demortuos extendenda est Oratio neq; pro
illis preces fundendæ ut egregie evicit B.D. Mar-
tinus Chemnitius in Examine Concil. Trident. Art.
de Purgat: XX.

Sacramenta N. T. non quidem ex opere operato
conferunt Justitiam, interim tamen neq; nuda gra-
tiæ cœlestis signa sunt, sed organa cœlestia offeren-
tia & applicantia, divinam promissionem de gra-
tuita peccatorum remissione, Justitia & Salute æ-
terna, obsignantq; fidem nostram Ejusq; justitiam
ad hæreditatem Vitæ cœlestis æternam.

SOLI DEO GLORIA.